416 Ostiae extra moenia PIGH.; extra Ostiam GRVT. (470, 3). Romae in aedibus Maffaeianis CITTAD. (Vat.; s. l., Marc.) In domo cuiusdam lapicidae de regione Trivii CHIS. Bononiae in Tusculano dd. de Bevilacqua GVARN. (a. 1776). Nunc Bononiae in museo. — *Trovato nella via Latina che deriva dall' Appia* LIGOR.

C · SILIVS
IVCVNDVS
VI VIR · AVGVSTAL
FECIT SIBI · ET
sic LIBER LIBERTABVS
POSTERISQ · EORVM
IN · F · P · XVI

TI · CLAVDIVS
VITALIS
FECIT SIBI · ET
TETTIAE HOMONOEAE
CONIVGI
LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE · EORVM
IN · AGR · P · XXV

sic HOC MONOMENT COMMVNE EST CVM · TI · CLAVDIO · VITALE

Descripsit Zangemeister. Pighius Luzac. p. 261, Berol. f. 199; Grut. 1100, 9 a Pighio, 470, 3 'e Verderii schedis'; Ligorius Neap. lib. 39 p. 93 (inde Panvinius Vat. 6036 f. 43; Muratori 199, 4); Cittadini Vat. 5253 f. 200, Marc. p. 123; codex Chis. I. VI 205 f. 79 manu ignota; Malvasia p. 614; Guarnieri sched. Bononiens. f. 19 n. 5. Cf. vol. IX n. 100* *a* 14.

417 Ostiae effossa anno 1825 a Cartonio, inde Romae in repositis musei Lateranensis.

C · SILIVS · MO
AVGVSTA*lis*
FECIT · SIBI · ET · SABIN
C · SILIO · C · F · VOT · LAVRO
5 LOCHIADI · L · MAGNAE · I
SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQ
IN · FR · P · XLI// IN *agr. p...*

Descripsit Detlefsen, recognovi ipse. Melchiorri ms.; Sarti ms.

418 rep. prope Ostiam a. 1783 MARINI. Nunc Neapoli in museo.

D · M
C · SIMILIVS · PHILOCYRIVS
SEVIR · AVG · IDEM · QQ · MAGISTER
QVOQVAE · COLLEGI · FABRVM · TIG
5 NVARIOR · OST · LVSTRI · XXXVI ·
ITEM · SCRIB · EIVSD NVMERI · FEC · SIBI
ET · SIMILIAE · PHILETE
COIVGI · VNIBYRIAE · ET
SIMILIAE · ROMANE
10 FILIAE · ET · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVAE · POSTERISQVE ·
EORVM · IN · F · P · LXXX · IN · AGR · P · XXIIII
· GAVDENTI · ET · LAMPADI ·

Descripsit Mommsen. Marini *iscr. Alb.* (1785) p. 232; Mommsen inscr. Neap. n. 6826; Fiorelli catal. mus. Neapol. inscr. n. 10.

3. 4 exspectes *magister quinquennalis; quoquae* vocabulum tribuendum esse errori quadratarii Q·Q litteras male solventis coniecit Mommsenus.

419 Ostiae VISC.

s i m i l i a E PHILETE · VN *ibyriae c. similius philocyrius*
s e u i r a VG · IDEM · QQ · QQ · COLLE *gi fabrum tignuarior. ost*
item scrib. eiu S DEM · NVMERI · MII

C. L. Visconti ms. descripsit mense Martio 1856.

Rettuli ad eosdem homines quorum est n. 418 coniectura non omnino certa. — 1 in. CEPHILETE Visc. — 3 fin. *mil*|*es* proposuit Mommsen collata n. 128.

420 Ostiae in museo.

DIS · MANIBVS
SPVRIAE · PIERIDI*s* FEC*i*T
D · CALPVRNIVS · PRIMIGENIVS · AVG
sic L · SPVRIVS · THIOPHANES · L · AVG
5 L · SPVRIVS · FORTVNATVS · AVG
ET · LIBERTIS · LIBER*tabus pos*|ERISQVE · EORVM
QVOS · L · SP*urius* · MANVMISERIT

Descripsi.

421 Ostiae rep. a. 1856/57 extra portam Romanam (*monumenti dell' Inst.* VI tab. XI fig. A VI), inde Romae in repositis musei Lateranensis.

CN · STATILIVS
CRESCENS
CRESCENTIANVS
VI · VIR · AVG · Q · Q · ET · CVRAT · ORDIN
5 AVGVSTAL · ET · VI · VIR · AVG · TVSCVLIS sic
FECIT · SIBI · ET · STATILIAE · ATALANTE · CONIVG
ET · LIB · LIBERT · POST · EOR · IN · F · P · XXI · IN · A · P · XXXII

Descripsit Bormann. P. H. Visconti inscr. Ost. II n. 13, IV n. 84, V n. 90, VI n. 39; C. L. Visconti, qui descripsit mense Ian. 1857, ms. et ann. inst. arch. 1857 p. 296; acta ms.

422 parva tabula marmorea. Ostiae in episcopio.

T · STATILIVS · IANV
ARIVS · TRICLIAS sic
SVO · INPENDIO
RESTITV · IT ·

Descripsi.

Fortasse pertinebat ad monumentum aliquod sepulcrale.

423 Ostiae rep. a. 1824 a Cartonio.

. . . . VL · L · STORAX
. . . · VS · MACELLVM ET
. . . . DERA · TARRENSIBVS
s. p. f. i DEMQVE · DEDICAV*it*

Nibby, qui vidit, *atti dell' accademia arch.* 3 (1829) p. 345 (inde Henzen n. 5194) = *analisi* 2, 472.

1 VL·L· *atti*, VL· *analisi*, VL·L· *l.* Henzen. — 3 [*pon*]*dera* supplevit Henzen. — Tarrenses sunt fortasse Tharrenses Sardiniae (cf. Henzen l. c.; Spano *bull. arch. Sardo* 7, 1861 p. 95); sed vide ne lectio corrupta sit.

424 Romae in museo Torloniae inter Portuensia.

NT
s|VELLI · RV*fi*
cor|PVS · FABR*um*
s|CHOLA N
5 K · AVG · N

Descripserunt Gatti et Bormann; ipse vidi ectypum.

Litteratura diversa est a n. 123.

ad n. 246. Ti. Aterius Saturninus, qui recensetur inter patronos pag. I vv. 18—19, non videtur diversus esse ab Ti. Haterio Saturnino, qui memoratur in titulis Aquinci repertis Corp. III n. 3473. 3479 ut legatus Augg. pr. pr. nempe Pannoniae inferioris. Augusti videntur esse aut Marcus et Verus aut Marcus et Commodus. Extrema nomina patronorum aliquanto post annum 140 incisa esse videri iam monui supra p. 44. — Parvum frustulum huius tabulae (ex pag. IV vv. 17—26), quam post finem saec. XVI nemini visam esse dixi, nuper prodiit Romae non longe ab eo loco ubi saec. XVI descripta est, *presso il vicolo de' Colonnesi, nel cavo per la fogna di via Nazionale,* teste Lanciano *bull. municipale* 6 (1878) p. 264. Descripsit Io. Schmidt in repositis antiquitatum municipalibus, sic:

DIVS
NINIVS
eGRILIVS HER
SOSSIVS · IANV
////EGRILIVS PRIMIT*iu*
INCIVS PRISCVS
*eg*RILIVS MARIO
*cor*NELIVS SECVN
VS SVCCESS
////

Lancianius, qui edidit *bull. mun.* l. c., et alia minus recte exhibet et v. 9: 7 SVCCES, habens pro laterculo militari.

ad n. 250. Specimen scripturae dedit Huebner exempl. scr. epigr. n. 1082 (vv. 1—6 partem intuenti sinistram). V. 1 GLABRIONI Huebner; et sic videtur esse in ectypo.

ad n. 251. Specimen scripturae dedit Huebner n. 1087. — Pag. II, 1 L·CORNELIVS (pro P) ectypum Huebnero videbatur habere, male.

ad n. 263. Recognovit Huelsen. V. 1 est ~~VETTICIVS~~; v. 3 praenomen videtur fuisse L, item v. 6, item v. 7.

ad n. 316. Hexameter vv. 8—10 expressus est, ut monuit Hirschfeld, ad Vergilianum Aen. 4, 653; cf. etiam Seneca ep. mor. I, 12, 9; huius Corp. vol. XII n. 287.

ad n. 345. Hic videtur esse sarcophagus Ostiensis quem memorat Platner *Beschr. d. Stadt Rom* III, 3 p. 231 n. 12.

ad n. 349. Vv. 1—5 delineavit Huebner ex. n. 324.

ad n. 363. Qui titulum posuit M. Lollius Paulinus videtur memorari in inscriptione nuper reperta infra n. 4148.

ad n. 371. Fabula Alcestidis sculpta est in ipso sarcophago, titulus incisus in operculo inter anaglypha quae pertinent ad sacerdotium Matris deum.

ad n. 374. V. 2 scr. DECVRIONATVS, v. 14 EQVITVM.

ad n. 375. Eandem fere partem quam vi Fabrettius, nempe vv. 25—38 et ex v. 39 nonnullas litteras, refert etiam, loco non adnotato, Martius Milesius cod. Parm. n. 296 f. 8 et f. 17', exemplo accuratiore quam Fabrettius, quo verba a me recepta plerumque firmantur. Ut Fabrettius, ita Milesius quoque vv. 25. 36. 38 in finibus mutilos exhibet (v. 25 fin. FORTVNAE·S///, v. 36 om. D·D, v. 38 D·D·P PE////); ex v. 39 solas litteras VNA (ex TRIBVNAL vocabulo) excepit. In v. 26 etiam Milesius habet CONSTITVET; v. 27 in. itemque v. 29 in. (sed hic tantum in f. 8, non in fol. 17) habet IDEM, quod utroque loco erat recipiendum; denique v. 33 habet plene CONSTITVIT.

ad n. 376. Specimen scripturae (vv. 1—3 et 10—17) dedit Huebner n. 1081; unde iam quivis videre potest, nullo modo cogitari posse de fraude novicia.

ad n. 383. Exhibet etiam, loco non adnotato, Bonarotti cod. Marucell. A 43 post f. 92.

ad n. 403. Nuper (a. 1885) in museo Brittannico descripsit Mommsen, in universum lectionem Henzeni confirmans, sed v. 4 excepit NM (pro NM), deinde PATRM, v. 5 in QQ lineolas addidit, vv. 5—7 in TÓGA|TENSIVM SÁCERDO|TES apices; puncta pleraque iam evanuerunt aut Mommsenum fugerunt.

ad n. 416. Primus ut videtur descripsit Anonymus, cuius exemplum refert codex Senensis C III 27 f. 89' ('Ostiae extra moenia').

ad n. 421. Delineavit Huebner n. 534.

ad n. 431. Scripturae specimen dedit Huebner n. 536.

ad n. 439. Ad auctores qui viderunt addendi sunt Anonymus cod. Senens. C III 27 f. 89; alter Anonymus saeculi XVI medii, cod. musei Florentini 8 p. 143; Anonymus Gallus, qui vidit a. 1576, in codice nunc musei Britannici (Lansdowne 720) f. 342 (hic *a* v. 2 D·L, *b* v. 1 S·P·F). — Ex antiquioribus refert etiam Schedel inter excerpta Beheimiana cod. Monac. f. 59.

ad n. 466. Repetivit, cum ipsam basem ex loco quo collocata erat extraxisset (cf. ad n. 172 p. 481), Lancianius *notizie degli scavi* 1886 p. 57.

ad n. 474 v. 2. Πύθια ἐν Χαρταγέννῃ memorat praeterea titulus nuper repertus Heracleae-Perinthi (*Arch. epigraph. Mittheilungen aus Oesterreich* ann. VIII p. 219).

ad n. 538. Idem Flavius Paresiacus etiam monumento n. 1456 locum concessit, in cuius titulo appellatur *Fl. Parisacus.*

ad n. 571. Specimen scripturae dedit Huebner n. 105.

ad n. 632. Mutila videtur fuisse in fine.

ad. n. 663. Ex schedis C. L. Viscontii errore datur inter urbanas huius Corp. vol. VI n. 13149.

ad n. 674. Recognovit Huelsen. V. 3 est XXVIII, v. 4 fin. NICE. Litteras rudes esse ait Huelsen, sed sine dubio antiquas.

ad n. 730. A. Caesennium Gallum, cuius hic A. Caesennius Herma fuit libertus, B. Pickius coniecit fuisse A. Caesennium Gallum legatum Galatiae sub Tito et Domitiano (nummi Caesareae, apud Mionnet *Suppl.* VII 663, 25. 26; Corp. Inscr. Lat. III p. 318; Waddington 1784 *a*).

ad n. 788. Edidit Lanciani *le acque* p. 287 tamquam urbanam, errore.

ad n. 791. Vidit etiam Donius cod. Marucell. A 188 f. 413 'in aede dd. de Sacchettis non longe ab Ostia', i. e. Castel-Fusani.

ad n. 938. V. 5 KALE (pro CALE) legit Stevensonius, qui vidit apud antiquarium *via della Mercede* 11.

ad n. 1026. Habent praeterea codex Senens. C III 27 f. 89', ex eodem fonte quo Oscottiensis; Anonymus Gallus, qui vidit a. 1576, in cod. mus. Britann. (Lansdowne n. 720) f. 342; Donius cod. Marucell. A 188 f. 414.

ad n. 1111. Haec quae latebat in muro nuper denuo prodiit cum inscriptiones Paccae foras venderentur, verum mutila (v. 2 haec tantum supersunt: SABINAQVE, et sic deinceps), ut etiam altera pars eiusdem tabulae cum inscriptione n. 904 [non 905] iam imminuta est. Apographo, quod Fiorellius communicavit cum Henzeno, si fides est, v. 3 scribendum est VIIII (pro VIII).

ad n. 1306. Praeter Ghezzium ex schedis Stoschii — habuit autem Stoschius fortasse ab ipso Ghezzio — referunt Gori cod. Marucell. A 6 f. 171 et Donati 367, 11, neuter loco indicato. — 1 MANILI Don. (non Gori).

ad n. 1444. Habet praeterea codex Senensis C III 27 f. 89' ex eodem fonte ex quo Oscottiensis. — V. 1 fin. Senensis recte habet FL.

ad n. 1808. Specimen scripturae dedit Huebner n. 1121.

ad n. 1863. Partem *a* delineavit Huebner n. 528.

4127 ara marmorea rep. Ostiae *in un piccolo tempio addossato ad una casa privata.*

VENERI
urceus SACRVM patera

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 127; Borsari *Mitth. d. arch. Inst.* 1 p. 194.

4128 fragmentum tabulae marmoreae. Ostiae rep.

RIS
*q*VAESTOR · VI
VM · PRAEF
ICI · PONTIF

Recognovit Gatti descriptam a Lanciano *notizie degli scavi* 1886 p. 127.

2 nescio an supplendum VR*banus*.